



# **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1859**

CXXXVIII. Bischof Johann zu Verden mildert in Betreff der Klöster Diesdorf, Dambeck, Krevese und Arendsee einige Vorschriften der Anordnung vom 30. August 1455, m 3. März 1456.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54934](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54934)

CXXXVIII. Bischof Johann von Verden mildert in Betreff der Klöster Diesdorf, Dambeck, Kreweße und Arendsee einige Vorschriften der Anordnung vom 30. August 1455, am 3. März 1456.

Johannes, dei et apostolice sedis gratia Episcopus Verdenfis, vniuersis dominis prepositis, administratoribus, abbatissis, priorissis et monialibus monasteriorum sanctimonialium nostre dyocesis presentibus et futuris —. Postquam alias uobis direximus nostrum ordinationis super reformatione vestrorum monasteriorum et personarum earundem mandatum, intelleximus quod idem mandatum quoad monasteria in Dyftorpe, Dammeke, Creuesen et Arnezee ac eorum personas aliquali lucidiori specificatione ac etiam moderatione indigeat. Hinc est, quod ipsum eo quo sequitur modo specificamus et moderamus. Primo circa tantum toleramus absque pena quod —. Item quod vos prepositi vel administratores seram vestram exterius finita prima missa quolibet die aperire et sic apertam penes seram usque dum vespere sunt finite tenere debeatis, ita quod famule et seruientes mulieres honeste Conuentui per priorissam et Seniores de Conuentu deputate liberum introitum et exitum absque impedimento claufure predictæ secundum ordinationem priorisse habere valeant, Et cum opus fuerit quicquid edificare, reformare, ligna fecare in monasterio vel carbones apportare seu alia virilia opera exercere pro necessariis Monialium, ad talia viri honesti per propositum vel administratorem deputati totiens quotiens ingrediantur, volentes quod ordinationem nostram predictam una cum presentibus Specificationibus et moderationibus ubi imperatiue prouidetur sine ulteriori dilatione firmiter obseruare debeatis cum additione pene, quod si aliqua monialium in eisdem inobediens et rebellis reperta fuerit, quod abit, extunc ipsa ab huiusmodi inobedientia et rebellionem nec per aliquem sacerdotem sub pena excommunicationis, quam trium dierum canonica monitione premissa in quemlibet contrafacientem serimus in his scriptis, absoluitur nec sibi Eucharistia detur, nisi primitus penitentiam peragat salutarem, et si circa premissa aliqua emergi contingeret dubia illorum interpretationem et declarationem nobis et successoribus nostris reseruamus. In quorum omnium etc. Datum in castro nostro Rodenborch, anno a natiuitate domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo sexto, die vero Mercurii, tertia mensis Martii.

Gerden's Dipl. II, 250. 251.

CXXXIX. Bischof Johann von Verden bekundet, den größten Theil der ihm durch den Tod des Propstes Johann Paw gebührenden Synodalien vom Kloster Diesdorf erhalten zu haben, am 5. Juni 1456.

Nos Johannes, dei et apostolice sedis gratia Episcopus Verdenfis, recognoscimus per presentes, quod venerabiles et religiose domine Ver Bertha priorissa et Conuentus monasterii sanctimonialium in Dyftorp nobis majorem partem synodalian occasione mortis quondam domini Johannis Pawe, tunc eiusdem monasterii (prepositi), realiter et cum effectu soluerunt, ideo-